

Neuguinea, Neupommern. Mit angegebener Bestimmung: Von P. S., F. S. und F. K. für die dürftigsten Missionen in China 240 K., an Nord- und Süd-Schantung; hochw. Kreisdechant Monsehn in Hartberg, Steiermark, für das Ausfärgenheim in Biwafati, Japan 50 K. Summe der neuen Einnahme: 697 K. Gesamtsumme der bisherigen Spenden: 28.041 K 27 h.

Deo gratias ac fratrum benevolentiae!

De precibus in fine cujusvis Missae privatae dicendis.

De precibus, quae ad instar precum ex mandato s. m. Pii PP. IX. peracto ss. Missae sacrificio recitandarum a fel. Leone PP. XIII. a. 1884. et paululum immutatae a. 1886. praescriptae et a praesenti S. P. Pio PP. X., causis perdurantibus, minime sublatae sunt, cursu 25 fere annorum, quando et quomodo recitandae sint, varia dubia prolata sunt et differens praxis enata, quae admirationem populi movet, devotionem minuit et fructum indulgentiarum in periculum adducit. Non inutilem itaque putamus suscepisse laborem, si quae praeprimis in „Ephemeribus liturgicis“ Romae editis et a. S. Sede iterum iterumque laudatis et commendatis ad rem dicta inveniuntur, colligimus, in ordinem redacta proponimus et observanda praescribimus.

I. Preces, de quibus agitur, dicendae sunt in toto orbe catholico, etsi auctor earum p. m. Leo XIII. interim defunctus sit, ubicumque sacerdos privatam Missam celebrat neque privatis oratoriis exceptis, quia decretum S. Rituum Congregationis de die 6. Januarii 1884, quo praescribuntur, decretum Urbis et Orbis est.

II. Dicendae sunt ex decreto modo citato „in fine cujusque Missae sine cantu“ sacerdotis „celebratae“ et jussu P. Leonis XIII. a. 1886 „post privatae Missae celebrationem“. Missae conventuales sine cantu quoad preces considerari possunt veluti solemnes; item excipiuntur Missae exsequiales, quia statim sequitur absolutio et functionis ordo a rubricis praescriptus precibus interjectis turbaretur; non autem aliae Missae de Requiem. — In die Nativitatis Domini, si tres Missae privatae immediate se excipiunt, preces dicendae sunt post ultimam tantum; si vero diverso tempore celebrantur, post unamquamque. — Ad preces omittendas non sufficit, ut Missa, etsi lecta tantum, aequiparetur solemnī, aliqua in ea solemnitas, uti est in parochiali, neopresbyteri, jubilarī et aliis, nisi fuerit conventualis, neque ea circumstantia, quod plures sacerdotes eadem in ecclesia eodem fere tempore Missam absolvant.

III. Dicendae sunt „in fine cujusque Missae sine cantu“ seu „privatae“, itaque finito ultimo evangelio, ita ut aliae preces, licet indulgentiis ditatae, vel functiones sacrae, quae ultimum evangelium hinc inde subsequi solent, e. gr. paraenesis, varii generis promulgationes, s. communio, benedictio cum Sanctissimo

una cum praemittendis hymno, versiculo, responsorio et oratione, interponi nequeant, excepta lectione pericopae, epistolicae et evangelicae, paraenesi et promulgationibus, si ab altari fiunt et preces illae lingua vulgari (ut infra) recitandae sunt. — Si autem mense Octobri s. rosarium una cum litanis lauretanis et oratione ad s. Joseph sub Missa privata recitatur a fidelibus et Missa finita recitatio fidelium nondum absoluta est, celebrans praeces, de quibus agitur, recitet cum ministro solus.

IV. Recitet autem eas non in reditu in sacristiam, sed flexis vel in suppedaneo vel in infimo gradu altaris genibus. Absoluto itaque ultimo evangelio sacerdos manibus junctis ad medium altaris redit et minima cruci inclinatione facta, quin calicem manu capiat, quod nimiae properantiae esset indicium sive in suppedaneo sive in gradu infimo, junctis manibus et neque ad orationem „Deus, refugium nostrum“ surgens, preces peragit.

V. Peragit eas, „ut quod christianae reipublicae in commune expedit, id communi prece populus christianus a Deo contendat auctoque supplicantium numero divinae beneficia misericordiae facilius assequatur“, itaque cum populo et per consequens lingua ejus vernacula; accedit, quod actus est extraliturgeticus.

VI. Preces istae incipiunt et finiunt absque signo crucis et absque verbis signo huic addi solitis, quia decreta, quibus decernuntur, eo de signo nihil habent. Sacerdos, quam primum genua flexerit, statim solus idque alternatim cum populo ter dicat primam partem salutationis angelicae populo prosequente: „Sancta Maria“ et rel., dein una cum populo integram antiphonam „Salve Regina“, quia antiphonae hujus divisio in plures rhythmicas partes nec in Breviario invenitur, nec Romae in istis precibus in usu est. Sequitur versiculus, quem dicit solus sacerdos, et responsorium, quod dicit solus populus. Orationem „Deus, refugium nostrum“ solus dicit sacerdos, conclusionis autem vocabulum „Amen“, ut ipsa rei natura ferre videtur, addat populus. — Conveniret quidem, ut una cum sacerdote etiam populus invocaret s. Michaëlem, quemadmodum in nonnullis collegiis Romanis revera fit; quia vero populus invocationem hanc memoria non tenet, consultius est, ut eam a sacerdote recitatam addito tantum „Amen“ suam quoque faciat. — Ubi autem eodem tempore duae vel plures Missae praesente populo legi solent, recitatio in lingua vernacula, quod per se intelligitur, post unam tantum Missam quocunque sensu principalem locum habeat.

VII. Preces post Missam privatam rite peractae ter centum dierum indulgentia locupletatae sunt, quam precantes sibi acquirere possunt et ita digniores fieri, ut quascumque alias eorum preces Deus exaudiat.

VIII. Quam porro Sanctitas Sua Pius PP. X. decreto Urbis et Orbis diei 17. Juni praedictis precibus adjicere commendavit invocationem dicente sacerdote: „Cor Jesu sacratissimum“ et populo prosequente: „miserere nobis!“ ea ita cum istis precibus cohaeret, ut quae de illis supra dicta sunt, de his quoque valeant, excepta indulgentia, quae 7 annorum totidemque quadragenarum est et defunctis quoque applicari potest.

IX. Multum sane conducet ad preces supra dictas pie peragendas earundem opportuna interpretatio, ut fideles et finem earum sciant et cujus efficacissimam intercessionem et fortissimum praesidium ecclesiae et sibi acquirant et quos fructus ex iis habere possint.

Die Kurialreform Pius' X.

Der soeben erschienene zweite Band des „Kirchlichen Handbuches für das katholische Deutschland 1908–1909“ (Herder, Freiburg; geb. in Leinw. M. 6.—) bringt in seiner zweiten Abteilung (Kirchenrechtliche Gesetzgebung und Rechtsprechung, bearbeitet von Professor Dr. R. Silling in Bonn) auch die Gesetze über die Kurialreform Pius' X. Nach einer Uebersicht über die Rechtsquellen folgt die Aufzählung der wichtigsten Reformpunkte. Dort heißt es:

„Die wesentlichsten Verbesserungen der jüngsten Reformatio Curiae lassen sich in 7 Punkten zusammenfassen:

1) Die Zahl der Kongregationen ist von 21 selbständigen Behörden, die beim Regierungsantritte Pius' X. existierten, auf 11 reduziert worden. Dadurch ist die Einfachheit und Uebersichtlichkeit des Behördeorganismus, welcher durch die zahlreichen Umgestaltungen und Einzuflügungen seit der ersten Begründung durch Sixtus V. am 22. Januar 1588 sehr gelitten hatte, wieder hergestellt.

2) Der Geschäftskreis und die Kompetenzordnung der Kongregationen und Kurialbehörden haben eine wesentliche Verbesserung erfahren dadurch, daß a) jeder Behörde eine dem Umfange nach möglichst gleichmäßige und dem Inhalte nach gleichförmige Materie überwiesen wird, und b) die kumulative Zuständigkeit mehrerer Behörden bezüglich ein und desselben Gebietes aufgehoben worden ist. Für die Entscheidung von Kompetenzstreitigkeiten ist für alle Behörden (mit Ausnahme der Congr. S. Officii) die Congr. Consistorialis eingesetzt worden.

3) Von großer Bedeutung für die Rechtspflege ist ferner die Trennung der Justiz- und Verwaltungs-(Disziplinar-)gerichtsbarkeit, die Pius X. nach dem alten Muster wiederhergestellt hat. Für die Erledigung der Justizsachen, die in einem strengen Prozeßverfahren abgeurteilt werden, sind die beiden Gerichtshöfe der Römischen Rota und der Apostolischen Segnatura zuständig, während die Verwaltungs- und Disziplinarangelegenheiten von den Kongregationen entschieden werden.